UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Pontio diacono [et] martyre. Cap[itulum]. clxxxiiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

ſtinctā. Summā contra gentiles in libris quat
tuor conſpicuā. Cōpoſuit ⁊ ſcripta plurima ſu
per libris diuīe ſcripture plurimis. Sup quat
tuor euangelijs. Super pſalterio. Sup epl'is
pauli. Sup. v. libris moyſi. Sup cāticis canti-
coꝝ: ⁊ ſup alijs pluribꝰ. Scripſit ⁊ q̄ſtiones de
malo. de ꝟitate. de potētia. de ſpūalibꝰ creaturꝭ
De aīa. De ꝟtutibꝰ. Et alia mlta īſignia ⁊ nota
bilia opuſcula q̄ ſingula ſcribere nō occurrunt.

¶ De ſanctis Perpetua ⁊ Felicitate
⁊ ſocijs martyribus   Cap. clxxxij.

PErpetua et felici-
tas martyres cū Saturnino: ſa
tyro: reuocato: ⁊ ſecūdolo in ci
uitate tyburbitanoꝝ maurita-
nia paſſi ſunt tēporibꝰ valeria-
ni ⁊ galieni imperatoꝝ ſub ꝓ-
conſule tarnutio. Fuerūt autē ſaturninus ⁊ ſa-
tyrus germani. Reuocatuſq; fuit frater felici
tatis. Qui oēs ſacrificare cōtennētes a predi-
cto procōſule in carcerē miſſi ſunt. Erant aūt
ꝑpetua ⁊ felicitas ambe nobiles cōiugate. Fe
licitas quidē pregnās erat: perpetua filium la
ctentē habebat. Pater aūt perpetue ad carce-
rē venit: vt filiā a ꝓpoſito reuocaret: ſed nō va-
luit. Uidit aūt perpetua per viſionē ſcalā aureā
vſq; ad celum erectā in dextra ⁊ leua cultris et
gladijs plenā adeo anguſtam: vt nō niſi vnus ⁊
paruus per eam inter gladios aſcēdere poſſet.
Sub ea draco teterrimꝰ ⁊ ingens iacebat: quē
cuncti aſcendere volētes formidabāt. Uiditq;
ſatyrū per eā ſurſum aſcendentē: ⁊ cōſocios vt
aſcenderent: ſimiliter ⁊ ne draconē timerent ex
hortantē. Quā viſionē cum ſancta ceteris reci-
taſſet: oēs deo gratias egerūt: qr ſe vocatos ad
martyrium cognouerūt. Preſentati ergo iudici
fuerūt viri a mulieribus ſeparati. Cū aūt feli-
citati ſuaderet: vt ſui miſereret̄: eo ꝙ pregnās
eſſet: illaq; immobilis permaneret: cōpatiēs iu
dex ſibi quodāmodo: qr pregnās eā ad carcerē
reduci fecit. Cū aūt parentes ⁊ vir perpetue cū
lachrymis eidē ſuaderēt: vt preſidi cōſentiret
paruulū quoq; ipſius lactentē ad collū eius ia-
ctaſſent: illa fortiſſimo aīo paruulū abijciēs et
parētes ac virū contēnens in xp̄i cōfeſſione in
uictiſſime ꝑſtitit. Quapropter iudex ipſam cuꝫ
ſanctis diutiſſime verberatā iterū carceri man
cipauit. Sctis aūt ꝓ felicitate orātibꝰ qr. viij.
menſiū pregnans erat: ſubito in eā dolores ir-
ruerūt: peperitq; filiū viuū. Qđ preſes audiēs
eos oēs de carcere educi fecit: ⁊ ligatis poſt
tergū manibꝰ nudatiſq; natibꝰ per plateas cir
cūduci: deinde in amphitheatro duci ⁊ beſtias
ſibi laxari. Ex quibus ſatyrus ⁊ perpetua a leo
nibus deuorātur. Reuocatus ⁊ felicitas a leo-
pardis comedunt̄: ſaturninꝰ ⁊ ſecūdolus illeſi
diuina volūtate ſeruant̄. Unde poſt hec ſaturni
nus iuſſu ꝓconſulis decollatus finem accepit.
Secūdolus x̄o ad carcerē reductus ibidē expi
rauit. Quoꝝ omniū corpora a fidelibꝰ in eadē
ſunt vrbe tumulata. Qui paſſi ſūt non. martij.

¶ De ſanctis Philemone ⁊ Apollonio
et ſocijs martyribus. Cap. clxxxiij.

PHilemon ⁊ apollonius adria
nus ⁊ theoticus cū
alijs tribus apud egyptum in ciui-
tate antinoſi. tēpore diocleciani au-
guſti ſub preſide adriano paſſi ſunt.
Cū eīm poſt mortē aſcle martyris: de quo dictū
eſt. x. kalen. februarij. Philemon ⁊ apollonius
ad eius tumulū orare reperti fuiſſent a iudice
tenti ſunt. Qui philemonē fecit primo alapis
cedi: deinde ligatū ad ſtipitem ſagittari. Et cū
ſagitte in aere penderent: acceſſit adrianus
vt videret: quē vna ex ſagittis percutiens ocu
lo excecauit. ſed euꝫ philemon admonuit: vt ſe
mortuo ac ſepulto de terra illa aqua infuſa ocu
lum inungeret: ſicq; viſum recuperaret. At x̄o
adrianus fecit philemonem cum apollonio de-
collari. Sequenti die dum quaſi tentatiue ſibi
a philemone cōſulta perficeret: lumē percepit
⁊ confeſtim conuerſus eſt ad chriſtum. Quod
diocletianus audiens: miſit theoticum cū alijs
tribus ad ipſum capiendum. Accedenſq; a-
drianus ad ſepulchrum martyrum: ⁊ eorum im
plorans auxilium: voce ſanctoruꝫ de ſepulchro
lapſa: in domino confortatur. Quod quattuor
illi protectores audientes ſtupefacti ſunt. Cuꝫ
quibus adrianus ad imperatorem acceſſit. Et
quia per ſpiritum ſe in mare necanduꝫ cogno-
uerat: ꝓcepit octo ſeruis ſuis: vt ipſius corpus
die octauo ad mare expectarent: quod delphi-
nus ad terrā portare debebat: illudq; ſepultu-
re traderēt. Cum autē coram diocletiano xp̄m
conſtanter confiteretur: iuſſit eum ligatū in fo
neā ꝓfundā deponi: terra que de foſſa fuerat
ſuperiecta. Sed cum ſero ad lectū pergeret: in
uenit adrianuꝫ in cubili ſuo iacentē incolumē:
⁊ cathenas ipſius trabi appēſas. Tūc indigna-
tus imperator fecit eum in ſacco cum arena li-
gato mergi: vna cum quattuor ꝓtectoribus pre
dictis: qui ad ipm tenendū fuerant miſſi: quiq;
tantis viſis miraculis ad xp̄m erāt cōuerſi. Die
igit̄ octaua ſerui adriani ad littus ꝑſtolabant̄.
Et ecce quinq; ſanctoꝝ corpora ſup quinq; del
phines ad littus allata deducunt̄. Cum autem
ſerui dubitarent: ne corpus dn̄i ſui ibi nō eſſet:
eo ꝙ de ſe ſolo non de alijs predixerat exportā
do: ſubito vocē vnius ex delphinis loquentem
humanitus audierunt: et ꝙ dn̄i ſui corpus ibi
eſſet cū alijs quattuor vna ſecū paſſis intellexe
runt. Sicq; omniū predictorum corpora iuxta
corpus aſcle martyris ſepelierunt: vbi ⁊ phile-
mon ⁊ apolloniꝰ tumulati quieſcunt. Hoꝝ om-
nium paſſio recolit̄. viij. idus martij.

¶ De ſancto Pontio diacono ⁊
martyre. Cap. clxxxiiij.

Pontius diaconꝰ cypriani carthagineñ. epi ⁊ martyris vſqꝫ ad dīe paſſionis eius cuꝫ eo exilium ducens egregium volumen de vita ⁊ paſſione eius reliquit: ⁊ in ſuis ſemper paſſionibus xp̄m glorificans: coronā vite promeruit. Qui apud carthaginem ſub galieno imperatore in dño feliciter quieuit. viij. idus martij: vt dicit hieronymus de viris illuſtribus.

De ſctis. xl. martyribus. Cap. clxxxv.

Quadraginta milites in ciuitate ſabaſteñ. armenie minoris paſſi ſunt tēpore licinij imꝑatoris ſub agricolao preſide ⁊ lyſia duce. Quorum nomina hec ſunt. Eunoicus: ſiſinnius: domicianus: heraclins: alexnader: iohannes: claudius: athanaſius: valēs: helianus: melitiū: editus: achatius: iulianus: helius: theodolus: cyrillus: flauius: ſeuerianus: quirion: valerius: thudion: ſacerdon: priſcus: entytius: ſmaragdus: philoturion: actius: lyſimachus: dōnus: theophilus: euſtochius: ſanctius: agius: leontius: iſitius: gagius: gorgoniꝰ: cādidus: michalius. Qui primo ab agricolao preſide in carcerem diebus plurimis detenti: expectante lyſie ducis aduentum. Deinde ipo liſia ad eandē ciuitatem veniente: coram vtroqꝫ conſtituti: dum xp̄m dñm confiterētur: lapidibus in facies cedi iuſſi ſunt. Sed diuino nutu miniſtri alterutrum lapidibus ſe feriebant. Dum autem leuans lapidem vt eorum aliquem percurreret: lapide retorto faciē preſidis contuſit. Sicqꝫ ſancti in carcerē reducti diuina viſitatione conſolātur. Mane ꝟo ante preſidē et ducem iterum conſtituti: cum chriſtum viua voce confiterentur: in ſtagnū gelidiſſimum miſſi ſunt: vt gelu conſtricti corpora eorum nocte ſuperueniente dirumperentur: cuſtodibus ſibi adhibitis: balneo quoqꝫ iuxta poſito: vt ſi quis vellet trāſgredi fidem ſuam ad balneum confugere poſſet: vnus ꝟo de numero. xl. effectus puſillanimis refugit ad balneum: moxqꝫ vt attigit calorem reſolutum reddidit ſpiritū. Ceteri ꝟo confortati in laudes dñi eruperūt. Circa hore noctis tertiā reſplēduit velut ſol lumē ſuꝑ eos: ⁊ glacies diſſoluta eſt. Cuſtodibus quoqꝫ cūctis dormientibus ſolus clauicularius vigilabat. Qui eos orantes audiens: ⁊ in luce curioſe conſpiciens vidit in luce coronas. xxxix. deſcendere ſuper eos Et cognouit ꝙ qui ad balneum confugerat: non erat cum ceteris numeratus. Expergefaciens ergo cuſtodes proiecit veſtimēta ſua in facies eorum ⁊ ſe xp̄ianum profitens exiliuit in ſtagnū: ⁊ cuꝫ ceteris tota nocte pſallebat. Quod dū preſes ⁊ dux mane didiciſſent: iuſſerunt ipos oēs ad littus trahi: ⁊ baculis crura eorū confringi. Sicqꝫ reddētes xp̄o animas tali crurifragio martyriū conſumauerūt. Corpora ꝟo martyrū iuſſerunt igne cōſumi: et reliquias in fluuiū iactari: ne a xp̄ianus ſepulta martyrum colerētur noībus. Horū vnus meliton noīe cum eſſet omniū etate iunior: ⁊ cruribus fractis adhuc ſupuiueret: mater que aſſiſtebat dubitans: ne in cruciatu deficeret: blandis ⁊ ſalutiferis ipm ſermonibus horabatur. Cumqꝫ ſanctoꝝ corpora plauſtris impoſita: ad incendium a miniſtris portarentur: mater iuuenis ipm tollens in humeris vehicula ſequebatur. Cumqꝫ ferretur inter maternos amplexus emiſit ſpiritū. Cuius corpus mater in ignē cuꝫ alijs proiecit: vt nec filius mortuus a ſodalibꝰ eſſet diuiſus: combuſta ſunt igni ſanctoꝝ corpa ⁊ oſſa in fluuiū diſperſa. Epiſcopus autē ciuitatis per viſum admonitus: noctu ad flumē veniens inuenit ſanctorū reliquias in alueo fluminis ſubtus aquas ſicut luminaria ſplendentes. Quas omnes collegit ⁊ digna veneratiōe recondidit. Qui paſſi ſunt. vij. idus martij.

De ſctō gregorio epō emeſeñ. Cap. clxxxvi.

Gregorius emenſenus frater btī baſilij ceſarieñ. epi fuit. Qui habuit ⁊ alterum fratrē noīe petrū: quorū alter in verbo doctrie: alter in opere baſiliū exequebant. Huius extat plurima opuſcula luculēta. Nam vt ait. Vincentius in ſpeculo: ſcripſit librū de imagine in ſupplementū exameron beati baſilij. Scripſit etiā libros contra eunomiū quos beato gregorio nazanzeno ⁊ hieronymo legit. Scripſit ⁊ cōtra apollinarē librum: in quo euidenter in xp̄o oſtendit vnā eſſe perſonā: ſed duas naturas et operationes. Itē librū de aīa obſcurum valde: quē piſanus cauſidicus tēpore ſecūdi federici de greco tranſtulit in latinū. Item epiſtolā de trinitate fidē catholicā explicantē. Alia quoqꝫ mlta ſcripſiſſe dr. De quo Hiero. in lib. de viris illuſtribꝰ mētionē fecit. Et claruit ſub imꝑatore valente. Et q̇euit in xp̄o die. vij. idus martij.

De ſancto Pariano epo. Cap. clxxxvij.

Patianus epiſcopus apō barcinonā eiuſdē pōtifex eccleſie claruit: vir caſtitate īſignis vita ⁊ ſermone clarus: varia cōpilauit opuſcula: ex q̄bus eſt certꝰ liber cōtra nouatianos: tpe autē theodoſij primi vltima ſenectute feſſus finē vite ſortitꝰ eſt vij. idus martij. Hec hiero. de viris illuſtribus.

De ſctis Alexādro ⁊ caio mar. Ca. clxxxviij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN